

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

5. In festo Inuent. S. Crucis. Ioan. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

150 MEDITATIONES IN

*operibus & passione Christus enim passus  
pro nobis, nobis relinquens exemplum.*

Considera virtutes Apostolicas Jacob  
fratris Domini, imitatione dignas? Viam  
& siceram ab infantia non babit, carnibus  
& piscibus abstinuit, linteum tantum vesti-  
vus, non oleo unctus, non balneo uestus, in-  
sæpe in genua procumbens, ut callum ob-  
duxerint ad modum camelii, ram sanctum  
ut fimbriam uestis populus conaretur at-  
tingere, ut solus intraret sancta sanctorum  
nonagenarius pro Christo lapidatus, &  
fullonis fuste enectus.

*3. Maij.*

IN FESTO INVENTIO-  
NIS S. CRUCIS.

**V**ID E Meditationem in Euangeliū  
I. Dominicæ S. Trinitatis.

*24.  
Junij.*

IN FESTO S. IOANNIS.  
BAPTISTÆ.

*De S. Ioannis Natiuit. Luc. i.*

**E**LISABETH impletum est tempus pa-  
riendi, & peperit filium. Vicini autem &  
cognati congratulabantur ei. Considera nul-  
lum sanctorū esse post Christum & B. Virg.  
in quem æquæ oculos cōjicere debeamus,  
ac in S. Ioannem Baptistam, cuius laus no-  
solus

IN FESTA TOTIVS ANNI. 151

solum est crebra apud S. Lucam & Euan-  
gelistas, verum etiam apud sanctitatis o-  
mnis auctorem Christum; nūc illum præ-  
ferentem inconstanti populo, nunc Patri-  
bus & prophetis nūc omnium mulierum  
filii nūc inter angelos ponentē ut dubi-  
tare non debeas laude dignissima, quæ de  
eius virtutibus scribuntur. 2. congratulati  
sant B. Elisabeth amici & cognati q̄ tandem  
eius voto satisfactū esset ut sterilis pareret  
filiū secundum angeli prædictionē, & qui-  
dem prædictionē tam magnificā; Dixerat  
enim eum fore magnū corā Domino, non  
coram mundo, replēdum spiritu sancto ex  
vtero vinum & siceram non bibiturum fi-  
lios Israel conuersurum, &c. ut discas gra-  
tulari proficiēti in virtute, non autē pro-  
ficiēti in opibus & vanitate seculi.

Die octauo circumcisus est puer, & cum  
cognati vellent eum vocare Zachariā, mater  
& pater Zackarias ex instinctu, angeli vocari  
iussere Ioannem. Considera Ioannem fuisse  
circumcisum non quod opus haberet (erat  
enim in vtero sanctificatus) sed ut exem-  
pli Christi obsequeretur legi, nullique of-  
fendiculum præberet. Considera 2. nō esse  
illi impositum nomen paternū, sed Ioan-  
nis, id est, gratia Dei, quia ipse præcursor  
**K** 2 erat

153 MEDITATIONES IN

erat futurus auctoris legis & gratiæ, &  
gito eundem demonstratus. Lex enim  
**Mat. II** Prophetæ usque ad Ioannem. 3. illud inci-  
cumcisione impositum ut intelligamus  
gnum esse gratiæ Dei in nobis habitan-  
ti à corde nostro omnes carnales cupidio-  
tes rescindamus. eo quod in uno corde  
possit simul versari Christus & mundus.

3. *Et factus est timor super omnes vicinos  
rum in corde dicentium, quis puer iste erit?  
Zacharias repletus est spiritu Sancto propheta-  
nas. Benedictus Deus Israel.* ¶  
Considera populum propter miranda, qui  
acciderunt in nativitate B. Ioannis mense  
sciscitari, qualis tandem futurus sit? Se-  
angelus id aperuit, fore scilicet magnum  
coram Deo, seueram vitam acturum, ma-  
gno zelo improbos reprehensurum, & ad  
poenitentiam adduceturum, alios etiam per-  
tracturum ad vitam perfectam; ut scias has  
virtutes esse imitatione dignissimas. 2. Za-  
chariam patrem S. Ioannis post linguam  
solutam, mox erupisse in laudes Dei, ut di-  
sceremus, cum gratia aliqua spirituali &  
temporali donati sumus, statim nos debe-  
re suæ diuinæ maiestati ore opereque gra-  
tos exhibere: sic enim gratiam acceptam  
conseruabimus augebimusque.

MEDL.